

[108:] sanctorum,¹⁴⁰ varias consecrationes aquae, salis,¹⁴¹ herbarum,¹⁴² statuarum,¹⁴³ palliorum¹⁴⁴ etc. baptismationem campanarum,¹⁴⁵ cum innumeris huiusmodi notis, quibus addita est vis et efficacia delendi peccatum. Nonne haec signa prodierunt Roma per pontifices et cardinales? Superiora vero ex Sion et Ierusalem per Christos et apostolos? Vnde liquido constat Romanum seu papisticum coetum non esse ecclesiam catholicam nec sanctorum communionem, sed schismaticum, haereticum et a fide christiana descendentem coetum, qui, tametsi auctoritatem et nomen ecclesiae sibi vindicare praesumit, tamen hoc nunquam probare poterit, quod per manus ab apostolis et eorum veris successoribus tradita acceperit ea signa, missam priuatam, indulgentia et reliqua, proxime superius memorata. Haec ideo scripta sunt, quia liber Interim non obscure videtur hoc insinuare, quod ecclesia Romana sit ecclesia catholica, schismatici vero et haeretici, quos Lutheranos et protestantes vocant. Id enim autorem libri sentire multae circumstantiae docent. Nos vero dicimus omnem coetum, qui coniungit se cum doctrina prophetarum et apostolorum esse veram ecclesiam. Negamus autem Romanam ecclesiam esse talem, quippe quae non habet sanam doctrinam, non utitur legitime sacramentis, non seruat uni-[109:]tatem consensus et praedicationis in prophetis et apostolis. Idcirco illa nec catholica, nec catholicae ecclesiae pars est censenda. Nam oves Christi vocem sui pastoris audiunt iuxta patris mandatum: „Hunc audite!“¹⁴⁶ In summa: Haec generalia, quae ponit auctor libri de ecclesia, nisi perperam applicentur, tolerari possunt.

¹³⁹ Zum Kelchverbot und zur altgläubigen Ablehnung der „communio sub utraque“ vgl. unsere Ausgabe, Nr. 7: Amsdorf, Antwort Glaub und Bekenntnis (1548), S. 216, Anm. 22.

¹⁴⁰ Zur altgläubigen Heiligenverehrung vgl. unsere Ausgabe, Nr. 9: Aepin, Bekenntnis und Erklärung aufs Interim (1548), S. 466, Anm. 1084.

¹⁴¹ Zur Segnung von Wasser und Salz im altgläubigen Bereich vgl. unsere Ausgabe, Nr. 9: Aepin, Bekenntnis und Erklärung aufs Interim (1548), S. 473, Anm. 1110 u. 1114.

¹⁴² An Mariä Himmelfahrt wurden im altgläubigen Bereich Kräuterbüschel geweiht, weshalb das Fest auch bekannt ist als Maria-Krautweihe oder Würzweihe. Vgl. Anton Heuser, Art. Feste, in: WWKL² 4 (1886), 1420f.

¹⁴³ Bilder und Statuen von Heiligen wurden im altgläubigen Bereich durch eine Weihe zur Verehrung ausgesondert. Vgl. Meyers Großes Konversations-Lexikon. Ein Nachschlagwerk des allgemeinen Wissens. Bd. 9, Leipzig 1907, 72.

¹⁴⁴ Das Pallium ist ein ringförmiges, breites Band, das in Art einer Stola über dem Messgewand getragen wurde. Es ist das Amtsabzeichen des Papstes und wird von ihm an die römischen Erzbischöfe verliehen. Es wurde aus der Wolle zweier Lämmer gefertigt, die vom Papst im vorangehenden Jahr am Tag der Heiligen Agnes (21. Januar) gesegnet wurden. Ihre Weihe erhalten die Pallien dadurch, dass sie am Vorabend des Festes Peter und Paul in einem goldenen Gefäß auf das Grab des Apostels Petrus gelegt werden. Vgl. Franz Xaver Schmid, Art. Pallium, in: WWKL² 9 (1895), 1312–1317.

¹⁴⁵ Da man den Glocken bei der Weihe Namen gab, sie mit gesalzenem Wasser abwusch und mit Chrisam und Krankenöl salbte, wurde die Bezeichnung „Glockentaufe“ für die gesamte Weihehandlung üblich. Vgl. Hermann Streber, Art. Glocken, in: WWKL² 5 (1888), 697–708, bes. 704f; unsere Ausgabe, Nr. 9: Aepin, Bekenntnis und Erklärung aufs Interim (1548), S. 371, Anm. 523.

¹⁴⁶ Mt 17,5 par.